PLATO. ARISTOTELES
Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 69r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



in ciuitate sunt sciencie Gla Quo non So An propter fabrorum
scienciam sapiens boni q consilij dicetur ciuitas Gla Minime
inquit propter illam sed fabricatoria prius nuncupabitur So
Neq propter deliberandi periciam quemadmodum se habeant
vasa lignea sapiens erit appellanda Gla Nec id quidem So
Quid autem propter eris aut similium operacionem Gla Nichil
magis inquit So Neq propter fructuum e terra culturam sed
agricultura est dicenda Gla Michi sic videtur So Quid igitur
inquit est ne ulla sciencia apud ciues in ea que prius condidimus
ciuitate que non pro aliquo seperatim sed tota vrbe delib-
eret quemadmodum ipsa ad se se ac alias optime se gerat
ciuitates Gla Est inquit So Que nam illa et in quibus Gla
Ipsa inquit custodiaria ac in hijs potissimum principibus
inest quos perfectos custodes appellamus So Propter hanc igitur
scienciam in quam cuiusmodi vrbem soles appellare Gla Boni inquit
consilij ac re ipsa sapientem So Vtrum inquit in ea ciuitate
plures fabros ferrarios in esse putas an vere huiusmodi custo-
des Gla Plures inquit fabros So Num ergo reliquorum
quicumque sapientes eruditi q dicuntur hij erunt paucissimi
Gla Certe So Minimo ergo sui genere atque parte sil-
q sciencia in ea presidente ac dominante vniuersa sapiens per
naturam a nobis condita erit ciuitas et hoc minimum ut
apparet ex natura genus extat cui consilem scienciam sor-
tiri opus sit quam ex alijs disciplinis sapienciam oportet
dicere Gla Verissime inquit narras So hoc vnum igitur ex
quatuor quemadmodum inveniemus haud satis scio et vbi
potissimum in vrbe soleat morari Gla Michi nempe de hijs
inquit habunde videtur esse dictum

Capitulum sextum quid proprie dicitur fortitudo per exempla
elegantissime describitur Socrates / Glauco etc

At vero fortitudo in qua vrbis parte sita est propter quam
huiusmodi ea sit dicenda haud equidem difficile

Agricultoria

Custodiaria

Non custodes minore ciuitatis esse parte

Minor sapientum numerus